

XVIII.

43. Pendet autem hæc ipsa libertas, ita ab
ipsius DEI providentia, ut haud raro haec ipsa
actiones in medio cursu intertrumpantur: Quem-
admodum Ieroboam manum extensam, quæ
Prophetam comprehendi jusserrat, retrahere ad
se non potuit. 1. Reg. 13. 4.

44. Deinde in rebus civilibus voluntas ho-
minis nondum etiam renata, aliquonsque ex
libertate arbitrij progredi, & externam quan-
dam disciplinam præstare potest, quam Apostolus
Φρόνημα τῆς σοργῆς nominare: & quæ melio-
rem Dominus justitiam requirere videtur Rom.
8. 6. Matth. 5. 20.

45. Pertinet huc vero Æsia & doctrina E-
thica gentilium: liberalium artium ac disci-
plinarum inventio & propagatio: & id ge-
nus alia, quæ boni mundani, ac virtutis politica
laudem merentur.

46. Hæc autem quoque libertas non absolute
est libera, sed DEI cunctimur requirit auxili-
um: quo destituti homines non renati, & sibi i-
psis, suoque judicio carnali relieti, plurimum hoc
etiam in actionum genere errant, & sepissime
frustrantur per cogitationes suas, ut loquitur A-
postolus. Rom. 1. 21.

47. Tum, quoad actiones Spirituales exter-
nas, quas Studium Carnale vulgo indigitant,
actu externo præstandas, voluntatem humanam
vires non deficiunt: quemadmodum hoc multis di-
ducitur in Formula Concordiae. pag. 646. & 653.

Potest